

SCOTIGENA FRANCO.



Scotigena ab ineunte ætate operam literis dedit, & mediocrem literarum cognitionem acquisiuit. Itaq; Vuitzburgensis præsul ei liberale stipendium proposuit, atq; eum bonas literas Vuitzburgi profiteri iussit. Cum autem Heinricus, Imperator Romanum proficiisci statuit, hunc Scotigenam ad se uocauit, atq; huius expeditionis comitem esse uoluit. Inter alia autem ei cōmisit, ut quicquid in ea profectione perageretur, ipse indies cōscriberet, atque in Historiæ ordinem referret. multum enim maiores nostri interesse putabant, ut res ab ipsis fortiter & bene gestas ad posteritatem referrerentur. Itaq; Scotigena tribus libris Heinrici expeditionem Latine conscripsit, atq; quæ ipse præsens cognouerat bona si de annotauit. Vnde Cæsari & alijs principibus gratissimus extitit. claruit anno Christi 1135. Crantz. in Sax. lib. 5. cap. 31.